



## **Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”**



**2007-2010**

Wsparcie udzielone przez  
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię  
poprzez dofinansowanie  
ze środków Mechanizmu Finansowego  
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano  
ze środków  
Ministra Kultury  
i Dziedzictwa  
Narodowego

Descriptio Situs et Constitutionis Capellæ Hospitalensis  
 sub Titulo S. Petri in Suburbio Teschinensi erectæ, Alta-  
 rium, Supellectilis, Redituum, Fundationum, Item Hospita-  
 lis Proventuum, censuum, Prædij, Pagi, Agrorum, Subdi-  
 torum, pauperum, Gravaminum, et Reliquorum infra poner-  
 dorum ad idem Hospitale pertinentium rerum annotatio, Re-  
 ve.<sup>mo</sup> Dno Dno Archidiacono Oppoliensi in Visitatione  
 à me infra scripto porrecta 1688.

Capella prædicta murata tota, tam in minore, quam majore  
 Choro fornicata, Ecclæ Parochiali Teschinensi vigore Privi-  
 legij antiqui 1472. in perpetuum annexa, consecrata erat  
 ut colligitur ex Authenticis ejusdem Privilegij ab Ao 1472  
 profanata ab Hæreticis, sed iterum reducta, et reconciliata  
 Ao. 1653. Est sub Jure Patronatûs Decanorum Te-  
 schinensium et Magistratûs ejusdem Civitatis, à quibus ego  
 utrisq; simul ad Altare ejusdem Capellæ, Ao. 1674. præ-  
 sentatus, et à Indisima et Illu.<sup>ma</sup> tunc Administratione  
 Nissensi investitus sum.

Altaria habet antiquitus erecta, consecrata, cum aris lapi-  
 deis tria, ad quæ tamen portatilia adhibentur. Altare maj.  
 ad quod ego singulis hebdomadis duas Missas pro Fundato-  
 rib; absolvere teneor, est erectum sub titulo S. Georgij Mart.  
 et Decem Millium Martyrum, ut testatur antiquum Privilegium



Ducis Teschinens. Premislai Ao 1472. de minoribus duobus  
non constat sub quali Titulo erecta sint;

Apparatus Altarium ad R. Mystera celebranda requisitus est  
sequens: in Singulis Altaribus crucifixus.andelabra in majori  
Stannea 2. in minoribus lignea 2. et alia 4. Pulvilli pro majori  
pulpitum pro minori. Urceoli stannei 2. et vitrei 4. Cam.  
panulae pro altaribus 2. Antependia 3. Mappa seu tobalea  
12. Strophia 20. Mantilia 8. Convivium Sacrum cum  
tabellis in 2. Altaribus. Missalia Romana 2. gradus Altaris  
tegmentur rubro panno.

Calix argenteus novus 50. Thal. curatus cum patena, intz et fo.  
ris niuratus pro mea Fundatione curatus. Item pixis ar.  
gentea cum cupula pariter argentea, in qua ante aliquot an.  
nos asservabatur R. Eucharistia, modo non servatur amplius,  
nisi in Parochiali Ecclesia; Requisite apparatus pro calice,  
sunt vela diversi coloris 5. Purificatoria 7. Cursa etc.

Sacristia murata cum fornice bene clausa ad formam Evange.  
lij portu ferrea; In Sacristia. Almare unum pro appara.  
mentis, et alterum intra murum pro calicibus. etc.

Predicta Ecclesiola seu capella et illig. sarta tecta ex Proventibus  
Hospitalis conservantur.

Sequitur Descriptio Hospitalis Proventuum, et ceterorum.  
Est cubiculum cum camera ligneum pro me Altarista. Item  
muratum amplum unum hypocaustum, in quo in commune degunt





pauperes, numero octo sunt. Item alia multa camera lignea erecta, seu Dormitoria pro singulis pauperibus. Item cubiculum cum camera pro Villico. Remotius est erectum Hospitalense Prædium cum suis pertinentiis, in quo communiter habentur 24. Vacca à quibus annuatim conductis, Villicus pro Hospitali pendit 4. th. sil. et 13. q. Censum annuum ex diversis hortis ad Urbem sitis extendit se non nisi ad 17. th. In agro Hospitalensi pro hyeme conseminantur octodecim modij, partim Siliginis partim tritici, in vere autem viginti circiter modij. Ad Hospitale hoc pertinet Pagus non procul à civitate disitus Boguspowitz dictus, in quo sunt octo coloni et quinque Hortulani, ad mandatum Hospitalensis Aconomi singulis diebus tenentur in Boro Hospitalensi laborare, modo nominati subditi deponunt singulis annis pro Festo S. Thomæ censum Quatuor thal. Ex his proventibus persolvendus est Altarista, pro quovis Quartali 11. th. 27. q. per annum facit 47. th. Hospitalensis Aconomus percipit pro laboribus suis 20. th. Villicus annuè octo thal. Familia, cujus sunt 4. persone tam pro custodiendis domi, quam pro pascendis in campo pecoribus, dantur annuè 14. th. Pro carnibus per annum pro pauperibus et familia expendantur 20. th. Pro lignis 12. aliquando 15. th. Pro Missalibus Annuè 1. th. Dno Decano Tescinensi singulis annis dantur 3. modij.



Ex perceptis et expensis tenetur Hospitalensis Oeconomus  
singulis annis Rationes dare; quæ fiunt in Curia Teschiner,  
si presente s. sit. / Dno Decano, Altarista, et Spe-  
ctabili Magistratu. Sunt morosissimi hospi-  
tales Oeconomi in persolvendis mihi Altaristæ censibz.

Et quod hæc omnia, ut descripta sunt, ita se habeant,  
et in Possessione, nec non usu tam ego Altarista, quam  
pauperes sint, propria manu subscriptione, et sigilli  
appositione testor. Datum Teschiner die 20. Maji.

(L.S.) Simon Hitrecius Parochus Co-  
leschoviensis et Altarista Teschiner  




quod supra scriptum Transumptum cum Originali  
Littera à prefato R. D. Simone Hitrecio Parocho  
Coleschovij et Altarista Teschiner datâ in Visita-  
tione Archidiaconi Anno 1688. in Omnibus ac sin-  
gulis Punctis et Circumstantiis de verbo ad verbum  
maximè quò ad essentialia, uniformiter concordet,  
propria manu subscriptione, et sigilli Officii

Archidiaconalis apprehensione fiden facio . Oppolij 15.  
Decemb. 1697

Martinus Scipilus Stephaenius  
à Bürenstern Collegiate Ecclie  
Oppolienfis Archidiaconus





[ksiaznica@kc-cieszyn.pl](mailto:ksiaznica@kc-cieszyn.pl)